

CANCELL.  
MARTIS B.  
1716.\*

IX. B 5 99

Sod

55.

~~D. S. IX~~

~~XXVIII. G. &~~

COLLEGII JVRIDICI  
IN ACADEMIA JENENSI  
DECANVS  
**IO. BERNH. Griese/**

JCTVS

SERENISSIMI DVCIS SAXO-ISENACENSIS  
CONSIL. AVL. NEC NON CONSIST.  
ET ANTECESSOR

AD  
*CURSORIAM SOLENNEM*


*L. fin. Cod. de Test.*

JVRISPRUDENTIÆ ET OMNIS LIBERALIS  
DISCIPLINÆ PATRONOS ET  
CVLTORES  
INVITAT.

---

IE NAE,  
TYPIS MULLERIANIS.

GERMANIC  
WODWYANIA  
DECANUS  
IO. BERNHARDI  
ICLAE  
SCHMIDII HODS SAXONICAE  
CONVENTUZI  
ETATIENBOR  
CENSORIUM SOCIETATIS  
A. J. C. A. D. A.  
PARISIENSIS ET OMNIBUS  
HOC ET PRAECEPS  
TITULI  
1712  
EST MELIT



Oste litigatores se subjicere judici non suo ex l. i. ff. de jud l. 14. 15. & 18. ff. de jurisd. evidens est. Etenim adjudiciorum moras & sumtus ceteraque incomoda declinanda privatim eriam viro bono l. 3. §. pen. ff. de recept. qui arbit. rec. vel pluribus controversiam dijudicandam credimus l. 37. & l. 44. ff. de recept. in eumque ita compromittimus, ut quidquid statuerit, ratum, firmum, & pro judicato habeatur l. 27. §. 2. & l. fin. ff. de recept. adeoque non immerito dixit JCtus in l. 1. & l. 37. ff. de recept. compromissa ad similitudinem judiciorum redigi & ad finiendas lites pertinere. Ex quo porro inferunt Doctores, quod sicut coram judice offerri libellus, fieri litis contestatio, de calumnia jurari, fieri sententia in scriptis, sedendo non stando, servari feriæ in honorem Dei introducta & generaliter ordo judiciarius debet, ita in omnibus his singulisque neque compromissiones deficiant, par sit. Etenim & eo in casu offerendum libellum esse, litis contestationem non omittendam, juramentum de calumnia, arbitrium in scriptis sedendo ferendum non stando, seruandas in honorem Dei ferias, & summatis universisque ordinem custodiendum judiciarium. Neque enim horum omnium & singulorum, si minus ducatur ratiō, locum arbitrio esse posse per generalitatem regulæ d. l. i. ff. de recept. Adde quod

):( 2

ad

ad personam ejus quoque se extendat similitudo hæc, in quam  
fit compromissum. Etenim, ut fœminæ judices esse prohi-  
bentur l. 12. §. pen. ff. de jud. ita in mulierem, quamvis sum-  
ma sit opinionis, compromittere vel ex ea ratione non licet,  
quia mulieres pudicitia & operum, quæ eis natura permi-  
sit, & à quibus eas jussit abstinere, memores esse consenta-  
neum est. l. ult. Cod. de recept. arb. An verò ante hanc con-  
stitutionem Justiniani in fœminam etiam compromittere li-  
cuerit, quæstionem moveri videas. Et certè licuisse Cuja-  
cius putat 3. observ. 23. ob. cit. leg. ult. ubi Justinianus sanctio-  
ne hac sua mulieres ab omni judiciali agmine separat: ut ex earum  
electione nulla pana, nulla pacti exceptio adversus justos earum con-  
tentores habeatur. Sed enim verius est, nec olim mulieres  
arbitrium suscipere potuisse l. 2. ff. de R. I. l. 1. §. 5. de postul.  
Et ad legem ult. Cod. de recept. arb. responderi potest, Justinianum  
constitutione sua renovasse jus, quod à consuetudine  
facile inumbratum. Jure vero Canonico, fœmina jurisdictionem ordinariam habens, ex compromisso, arbitrium su-  
scipere potest, quod minus majori insit C. plus semper de R. I.  
in 6. Neque verum omnino est, quod Panorm. ad c. 4. X.  
de arb. existimat, mulierem ob honestatem prohiberi judi-  
cem esse, atque idcirco contra honestatem hujusmodi con-  
suetudinem introduci: Nam aliud evincit responsum Pauli,  
quod moribus fœminam prohiberi commemorat, ne judex  
sit d. l. 12. §. pen. ff. de jud. Licet verò in his & nonnullis aliis  
judex & arbiter convenientia juxta Everh. in locis top. 40. in  
multis nihilominus differunt. Sic à sententia arbitri, etiam si  
enormem contineat læsionem, non datur appellatio. l. 1. C.  
de rec. arb. Incivile enim est, quem quis arbitrum probave-  
rit, ejus arbitrium improbare, arg. l. 9. ff. de neg. gest. Secus  
sentit, cum aliis Gail. l. 1. obs. 150. regulam de non appellan-  
do ab arbitro fallere existimans, si laudum contineat enor-  
missimam læsionem vel manifestam & evidenter iniquita-  
tem: Hoc namque casu admitti appellationem vult, etiam si  
juratum sit compromissum, per l. non distinguemus 32. §. 14. &  
l. 3.

*l.3. Cod. de recept. arb.* Ubi enim arbiter inquit in unum ex litigatoribus iniquam dixit sententiam ex causa inimicitiae, Litigator vero condemnatus sententia parere renuit, & adversario poenam ex compromisso petenti doli mali exceptionem opponit: hæc dolii mali exceptio *appellationis* & retractionis rei judicata quandam habet speciem. Sed enim concedimus, habere hoc aliquam *appellationis* speciem, vera autem appellatio non est. Id quod ipse Paulus in *d. l. 32.* non diffitetur, dum *appellari non posse* diserte ait. Nec est, quod instes, compromissum ad similitudinem *judiciorum* redigi, à sententia tamen judicis in *judicio lata* appellare licet: Quoniam illa *judicij* & *arbitrii* itemque *judicis* & arbitrii similitudo in aliis, non item in hoc quoque locum inveneri late exposuit Everh. in *loc. top. 40.* & Rittersh. p. 9. c. 6. 5. exp. nov. Non minus hic adversatur *JCtus Gaj.* in *l. 9.* ff. qui satisd. cog. ubi arbitrio ait *ad fidejussores probandos constituto, si in alterutram partem iniquum arbitrium videatur, perinde ab eo, atque ab judicibus appellare licere.* Neque enim loquitur de arbitrio *compromissario*, sed de arbitrio à *judice* constituto *fidejussoribus probandis*: idonei & locupletes hi sint, nec ne. Differre *judicia* & *arbitria* ex eo porro conspicuum est, quod queratur, an *depositiones testium*, apud *arbitrum* *compromissarium* factæ, fidem mereantur apud *judicem ordinarium*, si forte, compromisso vel mutuo partium consensu, vel *pœnitentia unius soluto*, causa ab arbitrio ad *judicem ordinarium* fuerit translata? Testibus enim ab arbitrio interrogatis, & *testationibus in acta ejus judicij* relatis, si eadem causa apud *judicem ordinarium* postea agi coepit, *testationes illæ* in hoc *judicio alias fidem faciunt*, alias non faciunt. Fidem faciunt, si testes mortui sunt *l. ult. Cod. de tef.* quia, quæ apud *arbitrum* gesta sunt, rata habentur *l. 5. § ult. Cod. de rec. arb.* Si testes adhuc vivant, & *adversarius eos repeti* atque denuo interrogari postulet, fidem non faciunt *d. l. f. C. de tef.* Quamobrem regula, quod testes producunt & interrogati super ejusdem causæ articulis non sint iterum producendi,

in hoc legis casu cessat juxta Baldum, ideo, quod testes  
facilius mentiantur apud arbitros, quam apud judices. Sed  
quæ dicta hæc tenus sunt, curatus persequetur

## CHRISTIANUS DOEHLERUS

Utriusq; Juris Civilis & Canonici Candidatus clarissimus.

Prodiit iste in hanc vitam anno clo Io clxxix. D. xxvi. De-  
cembris in Trebniz sub Dynastia Teucherensi in Misnia, paren-  
tibus integerrimis. Patrem fortitus ANDREAM DOEHLERN,  
pagi ejus incolam, Matrem MARTHAM WARTMANNIAM.  
Simulac capax litterarum fuit, à ludi patrii Rectore JOHAN-  
NE CRVSION studiorum haufit elementa. Postea vero anno  
clo Io cxci. Thomanie Scholæ Lipsia traditus est. Ubi  
cum in eo esset, ut uberiore cultu indueret animum, inci-  
dit in febrim violentiorem, quæ urbe prorsus abeundi ne-  
cessitatem afferebat. Vigori restitutus pristino, subseguente  
proximo anno in Scholam Cizensem concessit, eique sub fide-  
libus adolescentia sua formatoribus Dn. CADESREVTERO colle-  
gâ tertio, M. KOEBERO, Con-Rectore, & M. GLEITSMANNO,  
hodieque Rectore solertissimo, intentum & industrium  
alumnū dedit. Quibus rebus eo profecit, ut jam majori-  
bus applicandus esset. Itaque clo Io c xcvi. ad illustre  
Athenæum, quod Leucopetræ est, se contulit, cumque ibi  
B. LEISTENIVM, Gymnassi Rectorem & Professorem celeber-  
rimum, cuius & tecto & mensâ & informatione privatissimâ  
utebatur, Philosophia fundamenta in Logicis, Metaphysi-  
cis, Ethicis & Politicis M. STANGIVM, Eloquentiæ & Philo-  
sophiæ Moralis Professorem, Politicam & jus Naturæ, B. HEI-  
DENREICHIVM, Serenissimi Ducis Saxo-Querfurtensis Consi-  
liarium aulicum & Augustei Professorem Juris publicum, In-  
stitutiones Justinianeas prælegentes multum affectatus es-  
set, venit clo locxcix in Academiam Halensem, perie-  
turus studia, quibus exerceri & subigi mentes solent, quæ  
metam desiderii honestissimi sui nunquam ex animo dimit-  
tunt. Neque vero non hic quoque præstitit officium: Nam  
Juri-

Juridico studio totus incubuit, atque ad Professores quosque  
Excellentissimos, Dn. JOHANNEM SAMVELEM STRYKIVM, cum  
in Institutiones Juris & Jurisprudentiam STRUVI nostri domi-  
tum vero etiam publicè in Vitriarii Jus Naturæ & Gen-  
tium ; Laudati jam STRYKU Parentem, Illustrem virum,  
SAMVELEM STRYKIVM, in Institutiones Juris , Lauterba-  
chium, Jus item feudale & publicum ad ductum Institutio-  
num Juris illustris R H E T I I, nec minus Jus Ecclesiasticum B.  
Brunnemann , & post perceptam introductionem ex Filio  
laudato Processum ipsum civilem & criminalem commentan-  
tes se applicavit. Ut ne vero in hisce Scholis frustra verlatum se  
esse aliis apparere queat, in arenam etiam , moderatore incliti  
nominis Jure-Consulto hoc , una cum aliis optimæ nota  
commilitibus sape descendit , & in præcipuis materiis &  
controversiis Juris vires suas periclitatus est multum ex istis  
exercitis emolumenti consecutus. Neque his operam solis  
dedit, sed nihil eorum pratermisit, quæ studia sua prove-  
herent, eo loco habens etiam, quæ celeberrimus Thomasius  
in materia de probationibus ad ductum Legum & Titulo-  
rum Codicis, item de Juribus Scholarum & alias præcipie-  
bat publicè. Anno clo Ioccii cùm mense Aprili nostræ  
Salanæ dedisset civem, totam industriam in eo collocavit,  
ut Antecessorum nostrorum publicas prælectiones cum eis  
conferret, quæ Halæ imbibisse eum memoravimus. Præter  
illa nomina, Nobilissimum, Consultissimumque Dn. FLERKIVM,  
Juris utriusque Doctorem, tunc b. STRUVI nostri Syntagma  
explanantem, frequentans. clo Iocc iv cum subiret, ur-  
bes & mores multorum vidisse nunquam non commendari  
à rerum prudentioribus, in incrementum virtutis , multæ-  
que utilitatis meliorem & potiorem partem Germaniæ per-  
agravit. Redux ad nos clo Iocc vi jam tunc de consequen-  
dis ritè in Salana hac summis in jure honoribus cogitavit,  
perfecissetque consilium illud etiam , nisi partim irruptione  
Suecorum fuisse impeditus, partim tempus adhuc aliquod  
causis agendis dare placuisset, ut post edita toties acquisitæ  
doctri-

doctrinæ specimina in cathedra , insignibus in foro docu-  
mentis se etiam ante probaret. Ea verò , quæ pridem  
destinarat , nunc impleturus petiit modestè , ut , si collegium  
nostrum eò studia sua progressa esse existimet , ut digna ap-  
pareant , quibus summum in Jure præmium deferri possit ,  
hôc decoris se afficerent. Quo honestô petitio id consecutus  
est , ad examina ut admireretur. Ubi laudatissimos , quos  
habuit in utroque Jure , profectus coram omnibus & singulis  
ita probavit , ut virtutum & doctrinæ partam jam laudem apud  
eruditos consuetis speciminiibus extendere ei concederetur.  
Craftino itaque , Deo volente , primum ejus generis dabit docu-  
mentum , explicaturus in solenni congressu L. fin. Cod. de Testibus.  
Quæ auspicia ut Magnificus Dominus PRO-RECTOR , Aula &  
Academiar Proceres , Venerandi Sacrorum Antistites , & qui-  
cunque studiis favent , cum primis Generosa Nobilissimaque  
Studioforum frequentia , præsentia suâ prolixè decorent , qua  
par est , rogo ratione. Si qua ipsi mihi in re inservire li-  
cuerit , faciam id semper , & quam fieri poterit diligentissime ,  
PP. Jenz xxi. Decembr. cclxiiij. cc x.









94 A 7367



56.

VM7



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



COLLEGII JVRIDICI  
IN ACADEMIA JENENSI  
DECANVS  
**IO. BERNH. Rieſe,**  
JC TVS  
SERENISSIMI DVCIS SAXO - ISENACENSIS  
CONSIL. AVL. NEC NON CONSIST.  
ET ANTECESSOR  
AD  
CVRSORIAM SOLENNEM  
*Super*  
**L. fin. Cod. de Test.**  
JVRISPRVDENTIÆ ET OMNIS LIBERALIS  
DISCIPLINÆ PATRONOS ET  
CVLTORES  
INVITAT.  
—  
IE NAE,  
TYPIS MULLERIANIS.

